Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-46848-p0001-8

RECTORI
UNIVERSITATIS JENENSIS
MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,

DN. JOHANNI GVILIELMO,

SAXONIÆ, JULIACI, CLIVIÆ AC MONTIUM DUCI,
MISNIÆ MARCHIONI,
HENNEBERGENSI COMITI PRINCIPI,
MARCÆ COMITI AC RAVENSBERGÆ,
RAVENSTENI DYNASTÆ,

DOMINO SUO CLEMENTISSIMO

ipſo ſolennitatis die

VII. KAL. MART.
A. O. R. M DC LXXXIIX.

humillimum obſequium
eâ, quâ par eſt, ſubjectione
præſtat

AUGUSTINUS HENRICUS FASCHIUS, D.
Profeſſor Publicus & Archiater Saxonicus.

JENÆ,
LITERIS KREBSIANIS.

43

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-46848-p0002-3

Princeps Juventutis Auguſte,

IOHANNES GVILIELME

DUX SAXONIÆ SERENISSIME,

interea dum TU orbi

TE

cum purpura atque ſceptro;

multi magno cum pietatis & facundiæ

certamine

Te oſtendunt TIBI,

adorantes

cùm quod adhùc minaris,

tùm verò etiam quod in iſtâ ætate

latè ſpargis heroicum.

Quanquam autem id operæ ſibi vendicant,

qui condigna afferre

ad ejus ponderis argumentum queunt,

officii tamen & feſtivitatis hodiernæ

lex eſt,

NON TACERE.

Enimverò hæc ut omnes cives tuos,

ita inter illos,

qui Divi PARENTIS TUI beneficia immortalia,

tuâ indulgentia aucta

vident & adulta,

me cumprimis,

cui ſingulari clementia Aula Tua

jam annos tres & viginti patuit

medico,

obſtrictum tenet & vadatum,
ut quod mearum partium
hodiè præter ceteros cogitem,
atque nunc,
redituris beneficiis omnem
ad TE *aditum*
cùm fortunæ occluſerit magnitudo,
eò ſaltim adſpirem,
quò per conditionem licet ſubditorum.
Sed enim cùm hoc,
quâ decet ſubjectione, ago,
nequeo quin profitear,
quodcunque exquiro devotionis argumentum,
omne inferius voluntate eſſe.
Etenim amare me PRINCIPEM,
& lætari ſignificare pagina,
ſed amorem & lætitiam exprimere
neque illa poteſt, neque pyramides,
neque ingentes, ſi ad ſidera usque deducerem, coloſſi.
Itaque ſpero,
mihi condonabitur,
ſi quod unicè animi eſt,
eidem relinquo,
ut in quô inopem ſe calamus agnoſcit,
integrum teneant religioſi
receſſus pectoris.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-46848-p0004-4

Tu verò,
tot PRINCIPUM ſanguis,
ſpes & delitiæ terrarum Tuarum,
VIVE,
&
ut in TE redeant,
quorum longa ſeries eſt,
qui nullum ferè vitæ momentum exegerunt,
quin utilitate literarum,
& inter beneficia ſumma hodienum
æſtimetur,
GLORIOSI MAJORES,
novæ argumenta felicitatis
& celebret & experiatur
SALANA,
& ſenilem adoleſcentiam Tuam
victuris tradant monumentis
nunquam ingratæ Muſæ,
in hôc earum regno
& eruditâ IMPERA *republicâ.*
DEUS
SERENISSIME PRINCEPS,
TE,
animum voluntatemque Tuam
manere patiatur perpetuam
CÆSARI,
ECCLESIÆ,
ARTIBUS,
NOBIS, POSTERIS!

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-46848-p0005-0

Wc 2713
2°
ULB Halle 3
004 968 328
Kb17
n.c.
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-46848-p0006-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-46848-p0007-1

RECTORI
UNIVERSITATIS JENENSIS
MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,

DN. [illegible]ANNI
GVI[illegible]LMO,

SAXONIÆ, JULIA[illegible] MONTIUM DUCI,
MISN[illegible]IONI,
HENNEBE[illegible]TI PRINCIPI,
MARCÆ [illegible]ENSBERGÆ,
RA[illegible]ASTÆ,
DOMINO [illegible]ENTISSIMO

ipſo[illegible]tis die

[illegible]RT.
A. O[illegible]XXIIX.
hu[illegible]uium
eâ[illegible]ectione

AUGUSTINU[illegible] FASCHIUS, D.
Profeſſor[illegible]ter Saxonicus.

JENÆ,
LITERIS KREBSIANIS.

43

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-46848-p0008-6